

(✠)

VOTUM

Dominis Quadragintaviris Electis

POPULOQUE EMDENSI

OVATIUM.

CUMq; Patrocinium Magnorum tento virorum
Vos quoque in hoc volui nomen habere libro.
Ingratum dici Patriæ mihi turpe putavi
Hoc si musa nocens crimine facta foret.
Non ipsi vobis, non Urbs creat ipsa Patronos,
Felices cives, datq; facitq; Deus.
Vivite concordēs Urbis vos gloria nostræ
Atq; valete diu vos Quadragintaviri.
Vivite Felices Emdæ dignissima membra
Nostraq; Servantes Civica jura diu.
Apprecor ut Cunctos Servet fiducia CHRISTI
Et nos vosque suo sanguine purget, Amen.

ALLOQUIUM FINALE

A D

MECÆNATES.

Vos Mecænates si sint mea carmina curæ
Altius intendet fistula nostra sonum.
Tempora materiam mihi si meliora dedissent
Et poteram numeris altius ire meis.
Ast quum flumineos audimus ubiq; fusurros,
Frûsia nostra gemens, hocce sub axe stupet.

** 3

Vos